



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 16. Hujus Reformationis successus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

XXVI. „Quo vero ad *Judices* Sæc. XVIII. A. C. 1723.
 „conservatores, & modum ac facultatem procedendi in causis civilibus, quæ ad eorum cognitionem pertinere possint, inviolate custodienda erit Norma præscripta in Constitutionibus fel. rec. Innocentii IV. Alexandri IV. Bonifacii VIII. Gregorii XV. aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum hac de re editis, necnon in Decretis Concilii Tridentini sub pœnis ibidem contentis, quas præsentis Nostræ Constitutione innovamus & confirmamus, hoc etiam addito, ut iidem Judices Conservatores, & mandatorum suorum executores exhibere debeant Episcopis, aliisque locorum Ordinariis literas suæ Deputationis, quarum vigore procedere intendant.”

§. XVI.

Hujus Reformationis successus.

Postquam Philippus V. Hispaniæ Rex Vitæ Card. tom 2. in vita Card. Bellug. pag. 415. Holb. Hist. Eccl. t. 4. pag. 275.
 hanc Constitutionem Pontificiam receperat, confestim illam ad Castiliæ Senatum transmisit, eo fine, ut eam inspiceret, atque examinaret, utrum nihil Hispanicæ Monarchiæ libertatibus, Eccl. t. 4. pag. 275.
 juribusque contrarium in illa contineretur: facta Senatus relatione mox

Nn 3

Phi-

Sæc. XVIII. Philippus Rex propositis futuræ reformationis articulis subcripsit, iussitque

A. C. 1723. ut cuncta, quæ in Pontificia Constitutione continentur, ad amullin executioni darentur: Cum autem Ecclesiastici Aulicorum favore & patrocinio suffulti, conquistis undique rationabilibus etiam supplicibus sæpissime preteritis, omnique ope & opera pretereire satagerent, ne a pristina veneratione ad arctissimam Monachicam disciplinam restringerentur, hinc novo edicto inhibuit, ne quis eorum cunque status aut dignitatis foret, eorum legem ejusmodi libellis supplicibus infringere præsumeret. Remotis igitur obstaculis, Cardinalis Belluga Pontificiam Constitutionem non modo in Hispania sed & in Indiis ad usum debite strenue adlaborabat; ubi tamen Jesuiti si recentioribus fides est Scripturarum tam dextere rem agebant, ut hujusmodi executionem impediri, aut saltem longius differri procurarent, demum interveniente Philippi V. cessione decesserentis Innocentii XIII. obitu, tanti momenti negotium segniori, ac par erat, impetrigebatur, ejusque Promotori Augustini lugæ Cardinali in immensi laboris premium vix aliud reliquum erat, nisi quod propter justitiam, diu & vexationes plurimorum

accerfens, perennaturam a Deo mercedem expectare potuerit. Nihilominus tamen Benedictus XIII. hanc ipsam Innocentii XIII. Constitutionem anno sequenti confirmavit, cunctisque Hispaniæ Præfulibus injunxit, ut hæc Statuta exacte fervari curarent.

Sæc. XVIII.
A.C. 1723.

§. XVII.

Dissidium inter Pontificis Nuntium & Pagum Lucernensem.

Hoc item anno Lucernensis Magistratus in Helvetia decretum promulgabat, vi cujus inhibitum, ne deinceps, non computatis minoribus expensis, dotis nomine in Monialium Monasteria amplius quam octingenti, aut ad summum mille & centum floreni inferrentur. Hac lege Dominicus Passionei Archiepiscopus Ephesinus, qui non ita pridem Apostolicus apud Helvetios Nuntius eo venerat, immunitatem Ecclesiasticam violari ratus, acriter sese opposuit, & contrario edicto Magistratus decretum abolevit: Verum Lucernenses, cum nullatenus Monialibus ne ampliorem dotem recipere possent, sed duntaxat hanc dare & quidem ad profanum usum seu Filiarum sustentationem Laicis subditis suis prohiberent, adeo non alienam

Gottfrid.
Hist. cont.
l. 17. p. 797.
Hist. Univ.
t. 8. p. 571.
Hist. Eccl.
Helvet. t. 4.
pag. 274.